

los & ministros est: sed cum patre & filio seruitia
habet subiecta iustorum: sicut scriptum est; Adoran-
dus est igitur a nobis: cui seruiendum a nobis apte do-
cuit; Cui autem seruiamus: hunc & adoramus: iuxta quod
scriptum est: ut eadem sepe repetamus: Dominum domini
tuum adorabis: & ipsi soli seruiet; quamquam ne hoc
pretermiserit apte: quin & spiritum dicitur & adorandum;
Cum enim docuerimus quia spiritus in prophetia est: ne hoc
quisquam possit ambigere: quia per spiritum prophetia datur:
Vtique cum spiritus in seruiamus: adoratur qui in prophetia est
id est spiritus; Adoratur utique sicut habet; Si conueni-
at uniuersa ecclesia in unum: & omnes linguis lo-
quantur: inter autem idiota aut infidelis: nonne dicitur
quod infantis; Si autem prophetent omnes: inter autem
quis idiota uel infidelis: conuincitur ab omnibus:
ab omnibus diudicatur; Occulta & iam cordis eius ma-
nifesta fiunt: Et ita cadens in faciem: adorabit dominum.
pronuntians quod uere deus in uobis; Deus est ergo qui
adoratur: deus qui manet & loquitur in prophetia; Manet
autem & loquitur ^{in eis} & spiritus: ergo & spiritus adoratur; Itaque sicut
pater & filius unum sunt: quia filius omnia habet &